

2827 inter Campomarino et silvam Ramitello rep. a. 1845 negli avanzi di un grande edificio (quae villae Romanae rudera esse visa sunt) nella pianura Arcosa, dalla quale si discende a delle lagune limitrofe a quella marina; a. 1855 Nicolaus Carriera dedit museo Vastensi.

C · HELVIDIVS · PRISCVS · ARBITER ·
 EX · CONPROMISSO · INTER · Q ·
 TILLIVM · ERYLLVM · PROCVRATO
 REM · TILLI · SASSI · ET · M · PAQVIVM · AVLANIVM ·
 5 ACTOREM · MVNICIPI · HISTONIENSIVM · V
 TRISQ · PRAESENTIBVS · IVRATVS · SENTENTIAM
 DIXIT · IN EA · VERBA · Q · INF · S · S ·
 CVM · LIBELLVS · VETVS · AB ACTORIBVS · HISTONIENSIVM
 PROLATVS · SIT · QVEM · DESIDERAVERAT · TILLIVS
 10 SASSIVS · EXHIBERI · ET · IN EO SCRIPTVM · FVERIT ·
 EORVM · LOCORVM · DE · QVIBVS · AGITVR · FA
 CTAM · DEFINITIONEM · PER · Q · COELIVM · GAL
 LVMM · IVNIO SILANO · L · NORBANO · BALBO
 COS · VIII · K · MAIAS · INTER · P · VACCIVM · VITVLVM
 15 AVCTOREM · HISTONIENSIVM · FVNDI · HERIANI
 CI · ET · TITIAM · FLACCILLAM · PROAVCTOREM · TIL
 LI · SASSI · FVNDI · VELLANIAE · IN RE PRAESENTI
 DE · CONTROVERSIA · FINIVM · ITA · VT · VTRISQ ·
 DOMINIS · TVM · FVNDORVM · PRAESENTIBVS
 20 GALLVS TERMINARET · VT PRIMVM · PALVM ·
 FIGERET · A · QVERCV · PEDES · CIRCA · VNDEC
 IM · ABESSET · AVTEM · PALVS · A · FOSSA · NEQVE ·
 APPARET · QVOD PEDES · SCRIPTI · ESSENT
 PROPTEP · VETVSTATEM · LIBELLI · INTERRVPTI ·
 25 IN EA · PARTE · IN / QVA · NVMERVS · PEDVM ·
 SCRITVS · VIDETVR · FVISSE · INTER · FOS
 SAM · AVTEM · ET · PALVM · ITER COMMVNEM ·
 ESSET · CVIVS · PROPRIETAS · SOLI · VACCI · VITVLI · ESSET
 EX EO · PALO E REGIONE AD FRAXINVM · NOTATAM · PAL
 30 VM · FIXVM · ESSE A GALLO · ET AB EO PALO · E REGIONE · AD
 SVPERCILIV · VLTIMI · LACVS · SERRANI IN PARTEM · SINISTERIO

EREPTAM · FINEM · AB · EODEM GALLO

Recognovit Dressel et ectypum dedit vv. 11
 —16 et 24—32. Garrucci *Bull. Nap. N. S. 1*
 (1853) p. 180 a Caraba, additis emendationibus
 a Marchesano acceptis ibidem 2, 79. Acre ex-
 pressit idem Marchesanus *gab.* 1856 p. 14
 tab. 10. Repetivimus Henzen 6432 et ego in
 comm. ad leges Salpensanam et Malacitanam in
 actis Lips. 2, 484.

3 fortasse BERYLLVM scribendum est.

10. 11. 12. 13 hodie lapis fractus est, sed
 pleraque quae desiderantur leguntur in
 particula eius in eodem museo alibi ex-
 posita; id quod item obtinet de v. 32 voca-
 bulo extremo. Apud priores in frustulis his
 perscripta suis locis adsunt nec quicquam
 desideratur.

16 TITIAM, non TITVRIAM in lapide esse vidit
 Dressel.

17 VELLANIAE lapis sine punctis, ut quadra-
 tarius ipse notas non videatur recte per-
 cepisse.

23 QVO: Dressel, QVOT priores.

25 post IN littera deleta est.

a 26 inde manus diversa incipit negligentior
 cernunturque haec in superficie cava, ut
 omnia haec in litura scripta esse videantur.


32 in margine tituli scriptus ex parte evanuit.
 Ut dedi, legit Dressel, ...M ERECTAM PALVM
 AB EODEM GALLO Marchesani, AB EODEM
 GALLO (om. rel.) Caraba. — Lapis infra
 integer est; deest igitur alter in quo sen-
 tentia continuabatur.

C. Helvidius Priscus arbiter ex compromisso inter Q. Tillium Eryllum
 procuratorem Tilli Sassi et M. Paquium Aulanum actorem municipi
 Histonensium utrisque praesentibus iuratus sententiam dixit in ea
 verba quae infra scripta sunt.

Cum libellus vetus ab actoribus Histonensium prolatus sit, quem desi-
 deraverat Tillius Sassi exhiberi, et in eo scriptum fuerit eorum
 locorum, de quibus agitur, factam definitionem per Q. Coelium Gal-
 lum: M. Iunio Silano L. Norbano Balbo cos. VIII k. Maias inter
 P. Vaccium Vitulum auctorem Histonensium fundi Herianici et Titiam
 Flacillam proauctorem Tilli Sassi fundi Vellani auctum esse in re

praesenti de controversia finium, ita ut utrisque dominis tum fundorum
 praesentibus Gallus terminaret, ut primum palum figeret a quercu pedes
 circa undecim, abesset autem palus a fossa — neque apparet quod
 pedes scripti essent propter vetustatem libelli interrupti in ea parte,
 in qua numerus pedum scriptus videtur fuisse —: inter fossam autem
 et palum iter commun[e] esset, cuius proprietates soli Vacci Vituli esset.
 Ex eo palo e regione ad fraxinum notatam palum fixum esse a Gallo
 et ab eo palo e regione ad superciliu[m] ultimi lacus Serrani in partem
 sinisterio[rem] directam finem ab eodem Gallo.

Tillius Sassi fundi Vellani dominus videtur esse Q. Tillius Sassi is qui saepe nominatur in actis Arvalium ab a. 63 ad a. 94, quo obiit;
 Helvidius Priscus potest esse tam praetor a. 70 quam pater eius filiusve. Ceterum quae de hac sententia olim exposui, non repetam; sufficit
 subicere formam locorum, quatenus ex sententia efficitur:



et subicere locum Siculi Flacci p. 147, 22 qui maxime huc pertinet: intellegi potest aliquando ex ipsarum fossarum positione, utrum propriae an
 finales sint, quoniam transversae quaedam aut obliquae a finibus recedunt proprias qui faciunt ad expediendas aquas, aliquid soli sui extra
 fossam solent relinquere: aliquando etiam terminos extra fossam positos invenimus, qui et ipsas fossas et soli relicti partes decernant cuius domini
 sint. quidam vero etiam arbores ante missas finales extra fossas habent, et in controversiam saepe deducuntur, quod credatur fossas finem facere debere.
 Id quod hic quoque evenisse apparet.